



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

317. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 153
catus officium non admitti.

Item ex eodem.

CCCXVI. Quicumque habitum secula-
rem præsumpserit, ab Ecclesia expellatur.

De eadem re. *Ex Concilio Toletano.*

CCCXVII. De his qui acta pœnitentia ad pristina redeunt peccata, antiquorum patrum decernunt Concilia, ut qui acta pœnitentia tanquam canes ac fues ad vomitus pristinos & ad volutabra redeunt, quousque ad remedia pœnitentiæ recurrant & ad omis-
sum ordinem revertantur, excommunicati & anathema condemnati habeantur.

Concil. Tolet.
6. c. 7.
Vide Decreta
Siricij c. 5.
Concil. Aure-
lian. 1. c. 13.
& Halitgar.
lib. 3. c. 8.

De eadem re. *Ex dictis sancti Gregorij.*

CCCXVIII. Qui se inlicita meminit
commisisse, à licitis etiam studeat abstinere;
quatinus per hoc conditori suo satisfaciat; ut
qui commisit prohibita, sibimet abscidere de-
beat etiam concessa.

Burchard. lib.
19. c. 65.

De eadem re. *Ex epistola Leonis.*

CCCXIX. Inlicitorum veniam postu-
lantem oportet etiam à licitis abstinere, dicen-
te Apostolo: *Omnia licent, sed non omnia ex-
pediunt.* [*Vide Rhabani epistolam ad Heri-
baldum Autissiodor. cap. xv.*]

Decreta Leo-
nis 1. c. 22.
Halitgar. lib.
3. c. 5.
Lib. 7. Capi-
tular. c. 43.
1. Cor. 6.

De eadem re. *Ex Concilio Toletano.*

CCCXX. Ea quæ frequenti prævarica-
tione iterantur, frequenti etiam sententia
condemnantur.

Burchard. lib.
19. c. 158.